

Expositio introductiva

De hominis condicione in mundo hodierno

GS/14A

4. (De spe et angore) Ad tale munus exsequendum, Ecclesiae omni aetate officium incumbit et signa temporum perscrutandi et eadem sub Evangelii luce interpretandi. Quo fit ut modo unicuique generationi apto ad perennes hominum interrogationes de sensu vitae praesentis et futurae deque earum ab invicem relatione respondere possit. Oportet itaque ut mundum in quo vivimus nec non eius expectationes et appetitiones et indolem saepe dramaticam quibus notatur cognoscamus et intelligamus. Principales quidam huius mundi hodierni aspectus sequenti modo delineari possent. (Sequitur textus ut in pag. 6, linn. 26 - 31; postea vero:)

De vera sociali, culturali et religiosa transformatione loqui non dubitent. (Pag. 7, linn 1 - 12:)

Numquam genus humanum tantis divitiis, facultatibus, potentiis oeconomicis abundavit, dum tamen ingens pars incolarum orbis fame torquetur et innumeri litterarum ignorantia plane laborant. Numquam homines tam acute ut hodie sensum libertatis habuerunt, dum nova interea genera socialis et psychologicae servitutis exsurgunt. Numquam mundus suam unitatem nec non singulorum complementariam indolem in ineluctabili coniunctione animorum tam vivide persensit, et numquam sicut hodie, viribus inter se pugnantibus, tam graviter in opposita distrahitur; dissensiones politicae, sociales, oeconomicae, raciales et ideologicae imminutae non sunt (vel "adhuc perseverant"), et aliunde novam bellam cuncta usque ad ima destruere minantur.

Dum conscientia solidaritatis humanae et commercium idearum augetur, verba ipsa quibus magni momenti conceptus exprimuntur sensus sat diversos in distinctis ideologiis induunt. Sedulo temporalis perfectior quaeritur ordinatio, et ex parte quoque invenitur, vitae autem moralis ratio apud eosdem non raro misere deturpatur. Crescit apud nonnullos religiosae vitae sensus elusdemque coordinatione atheismus vero altera ex parte sub formis diversis sociale factum evasit.

Ex tot tantisque immutationibus plurimi coevi nostri difficultatem experiuntur et in perennibus valoribus rite dignoscendis et in novis exsurgentibus integrandis; exinde, inter spem et angorem agitati, de praesenti rerum cursu sese interrogantes, inquietudine premuntur. Qui cursus rerum hominem ad respondendum provocat, immo ineluctabiliter constringit.

5. (De profunde mutatis conditionibus) Hodierna animorum commotio et vitae commutatio connectitur cum plena quadam rerum transmutatione, quae mentes afficit per ^{iam} praevalentes scientias mathematicas, naturales necnon de ipso homine tractantes, et actionem determinat per artes technicas, plerumque ex iisdem scientiis exortas. (Reliqua no. 5 manent.)

6. (Mutationes in ordine sociali) Eo ipso..... experiuntur.

Typus "industrialis", qui dicitur, societatis paulatim diffunditur, quasdam nationes ad oeconomicam opulentiam adducens, et notiones et conditiones vitae socialis, a millenniis constitutas, penitus transformans.

Usus.....dilatatur, sive per migrationes ^{refugium vel} ~~quasdam~~ laborem quaerentium.

Socializatio...promoveat; attamen motus non raro simul experitur quo homines ex societate antiquioribus traditionibus fixa, liberam ^{personalitatem} determinationem adipiscere conantur.

(Reliqua no. 6 manent.)

7. (Mutationes psychologicae, morales et religiosas). Mutatio formarum sentiendi et institutorum passim cogitata ubique recepta ac mores ab antiquo inductos in controversiam vocat, maxime apud juvenes, qui inquieto animo non semel ad seditionem excitantur. Nonnulla vero instituta, leges atque modi cogitandi et sentiendi a maioribus tradita, non ^{semper} amplius illis statui rerum hodierno bene aptari videntur. Inde gravis perturbatio in modo et in normis agendi, juvenum praesertim.

Plures passive...aggre^{diuntur}.

Novae condiciones...videntur. Dei ^{religionis} negatio vero, secus ac transactis temporibus non amplius factum singulorum hominum est; hodie etenim non raro ~~esse~~ ^{ut quasi} exhibet vera exigentia progressus scientifici, et interdum quaedam potestates publicae eam ut ideologiam ^{doctrinam} sibi propriam proponunt et imponere conantur. (Reliqua no. 7 manent.)

8. (De desaequilibriis in mundo hodierno). Tam rapida rerum progressio, saepe inordinate peracta, immo et ipsa acrior con-

Bivicolae
Migratione

O

P

Y

at
cupisalem
novae
formas
humanitatis

scientia discrepantiarum in mundo vigentium, ineluctabiles contradic-
tiones et desaequilibria infert vel auget.

Frequentius oritur desaequilibrium in intima persona inter intel-
lectum practicum, adultum, tempori nostro accomodatum, et theoreticam
cogitandi rationem, quae summam cognitionum suarum neque dominari ne-
que ordinare valet, ut ad sufficientem cohaerentiam valorum perveniat.
Oritur inter curam efficacitatis practicae et exigentiam certitudinis
moralis. Oritur inter condiciones vitae multitudini immersae et re-
quisita cogitationis personalis. Homo ...persentit. (Reliqua manent
usque ad l. 28.....fovet.)

1.29 Ex his omnibus saepe gravissimae oriuntur conflictationes et
aerumnae acerbissimae, quibus sensus infaustae eventuum successionis
comitatur, quarum ipse homo simul est causa et quasi victima.

9. (De appetitionibus...humani). Interea...excolendi.

Hinc ~~xxx~~ plurimi acerrime exigunt illa bona, quibus per injusti-
tiam vel non aequam distributionem, vivida conscientia moti, orbatos
esse judicant. Nationes in via progressus sicut et illae recenter
sui juris factae, bona cultus civilis hodierni non tantum in campo
politico sed ~~etiam~~ etiam in ~~xxxxxxxxxxxx~~ oeconomico participare et
libere partibus suis in actione mundi fungi cupiunt. (Cum autem hae)
nationes non tam cito progrediantur, ^{Tamen} in dies augetur earum distantia
ab aliis ditioribus nationibus, necnon persaepe ab illis oeconomica
earum dependentia. *Mulieres sibi vindicant, ubi eam nondum sunt
consecutae, aequalitatem de iure et de facto cum viris. Opifices non
solum victui necessaria comparare, sed laborando dotes suae personae
excolere, immo in ordinanda vita oeconomica, sociali et politica suas
partes agere volunt. Populi...debere.

Sub omnibus autem istis exigentiis latet profundior et universa-
lior appetitio; personae enim, atque coetus plenam vitam liberam ho-
mine dignam...praebere potest. Nationes praeterea ~~ad~~ in dies for-
tius conantur ad universalem quamdam ~~xxxxxxxxxx~~ communitatem assequen-
dam.

(Lineae 13 - 17 supprimuntur. Reliqua no. 9 manent.)